Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493568-p0001-7

No. 230
1–20

20 Leichpredigten

unter den Namen

einzeln aufgenommen

MEMORIAE ALVENSLEBIANÆ S.

HALÆ, Typis Chriſtophori Andreæ Zeitleri, Acad. Typogr.
A. O. R. MDCC.

MEMENTO MORI.

SIccine

Seculo, quò *ſeculariſationem* experta *Magdeburgenſis provinciæ*

ad *finem* properante

Finem Provinciæ hactenus *geſtæ* imponit,

Vir

ſeculis dignus;

GENTE, & MENTE

PERILLUSTRIS

DOMINUS

GEBHARD IOHANN de ALVENSLEBEN

Dynaſta

In Erxleben, Eichenbarleben, Rogatz, Calbe, & Vinau

Sereniſſimi, ac Potentiſſimi Electoris Brandenburgici

Domini noſtri Clementiſſimi

in Ducatu Magdeburgico

Inter Tributorum Supremos Directores *Tertiocerius*,

Inter Conſiliarios Provinciales *Secundocerius*

Nulli fide & dexteritate *Secundus*,

Imò

Codicillos Perfectiſſimatus meritus;

O quam vellem neſcire litteras,

ultimum hoc Vale annunciantes,

O diram *Mortis ſeculam*!

Marte digniorem:

Ergò

Ergò
Dum *Iubilæa*, & *Iubila* deproperat *Roma*
Planctus & Gemitus miſce *Seculariſata Provincia:*
Sed
Nec Tibi vitio vertam
Si ad funus hocce Illuſtre *elinguis* obmuteſcis:
Scilicet
Pan tibi moritur, *Erato omnesque vates* meritò ſilent:
Tamen
Salſis threnis *Salſa* mola *lita*
ad Tumulum
PATRIS PROVINCIALIS
Qui
Linguam pro Tuâ incolumitate Sæpius immolavit
Et
Fando fecit
quo
In *ſilentio* lætari potueris:
Dixeris
Beatum aureis vinculis aures & animam devinxiſſe
PRINCIPIS NOSTRI AUGUSTI,
dum *Sermonis* elegantiam *oris* elegantia geminabat,
&
Oculi & aures habebant quod amarent:
Incertum
Verbis plus *comitatis* an *gravitatis* adfuerit,
Diſpar illis
Qui dum maximè amabiles eſſe volunt effuſiſſimè offendunt, ipſis blandimentis duri.
Aſt
Tene modum calame
ne
Cujus *modeſtiam* dum præſens erat comiter obſervaſti
poſt funera offendas.

Abiit

Abiit

Cùm, ut rediret, omnes voverent:

Salutem in *Fontibus ſalutaribus* quærens, ad *Fontem omnis ſalutis* migravit.

Sed nec totus abiit

Patriæ Filios optimæ Spei,

Conſtatibus Exempla Virtutis,

Omnibus sui amorem reliquit.

Sic luget

Patronum optimum

A. Ockel / D.

Scabin. Elect. Brand. in Duc. Magd.
Aſſeſſor & Civitat. Hall. Conſul.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493568-p0006-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493568-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493568-p0008-7

MEMORIAE ALVENSLEBIANÆ S.

HALÆ, Typis Chriſtophori Andreæ Zeitleri, Acad. Typogr.
A. O. R. M DCC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-493568-p0009-5